incarcerem recludi. Cumq; pro xpi nomine uincti
fuissent. adfuit eis angelus dni qui eos consolaret.
& absoluit eos a uinculis quibus constricti erant.
Et dixerunt beati martyres. Te benedicimus dne
ds noster. quia consolatus es nos seruos tuos. &
dissoluisti omnia uincula nostra per angelum tuu.
quemadmodum beato apostolo tuo petro. & te
petimus dne ihu xpe. ut ab eius meritis non nos facias
esse alienos. Post aliquos uero dies. iusserunt eos
imperatores suis aspectibus repraesentari. Cumque
intromissi fuissent beati martyres primus & feli-
cianus. ex officio dictum est. adstant. & dixerunt eis
imperatores. uos estis qui iussa nostra contempnitis.
& pro nihilo conputatis. Sci martyres dixerunt.
& pro nihilo computauimus semper. Imperatores
dixerunt. patienter ferimus iniurias uestras. sacri-
ficate deo herculi & ioui. & nolite perdere uestri
generis dignitatem. Beati martyres dixerunt.
nos do hostias placationis & laudis in odorem suaui-
tatis offerimus. & non consentimus operibus tenebra-
rum. quorum uos participes estis. Imperatores
dixerunt. Accedite & sacrificate deo herculi & ioui
inuictissimis. sin alias. fortiter uos carnifices lania-
bunt. Beatus primus & felicianus dixerunt. si mere-
mur pro xpi nomine haec pati. ut ad martyrii corona
nos faciat peruenire. & promissionum eius parti-
cipes esse mereamur. secundum quod promisit se
daturum his qui pro eius nomine omnia blandimenta
huius mundi respuerunt. & sequantur agnum quo-
cumq; ierit. quomodo ergo possumus lapides &
ligna ad auxilium inuocare. non dicimus deorum.
sed demoniorum uestrorum. nam & ipsi dii uestri
in quantum sint approbrium redacti. ut nisi ferro
& plumbo fuerint strictius confixi. nullo modo stare
possunt. & nisi a canibus custodiantur. a furibus
nocte rapiuntur. ut quid tam caeci estis. Tunc indig-
nati sunt diocletianus & maximianus. iusserunt mi-
litibus ut ducerent eos ad fanum herculis. ut si sacri-
ficare noluissent. fortiter eos poenis affligerent.

& accipientes eos milites. duxerunt eos secundu
iussionem imperatorum ad fanum herculis. & cum
nulla possent eos ratione movere. sed pro xpi no-
mine optarent mori magis quam uiuere. extende-
runt eos milites. & uirgis eos fortiter mactauerunt.
& dicebant eis. quare non oboeditis decretis impe-
ratorum. & sacrificatis diis omnipotentibus. sicut uos
natura dictauit. martyres dixerunt. Imperatori
caelesti do oboedire debemus. qui potestatem habet
corpus & animam perdere in gehenna. Imperato-
res uestros terrenos qui colunt simulacra uana
& inania gehenna ignis inextinguibilis excipiat.
Cumq; haec imperatoribus milites nuntiassent
quae gesta sunt. irati ualde iusserunt eos tradi
promoto presidi ciuitatis numentanae. ut eos for-
titer laniaret. & si diis libamina ponere noluissent.
sic eos interficerent. & accipientes eos milites.
duxerunt in uia quae dicitur numentana. milia-
rio tertio decimo ferro uinctos. & miserunt eos
in carcerem iuxta forum ciuitatis. Beati uero mar-
tyres primus & felicianus ab oratione & ymnis non
cessabant. psallentes dno & dicentes. propter ho-
norem nominis tui dne libera nos. & propitius esto
peccatis nostris propter nomen tuum. nequando di-
cant gentes ubi est ds eorum. Cotidie uero ab angelo
dni refocilabantur. & benedicebant dnm dicentes.
Nam & si ambulemus in medio umbrae mortis non
timebimus mala qm tu nobiscum es. Post multu
uero temporis. iussit sibi promotus praeses in foro
ciuitatis numentanae tribunal praeparari. & sedens
pro tribunali dixit. Intromittantur personae.
Cumq; intromissi fuissent sci primus & felicianus.
dixit ad eos praeses. secundum preceptum domi-
norum nostrorum principum. sacrificate diis quos
magnos esse diuinitas dictauit. Sci martyres dixe-
runt. Noli dicere dominorum. sed dic impiorum qui
interficiunt xpm credentes. & colunt lapides &
ligna qui sine auditu esse noscuntur. quomodo
autem uobis praestare possunt quod loquebar.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0201